



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De gemina natuitate Christi quibus natus est. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

nata de virgine: quia si hoc est nasci Deū de virgi-  
ne, scil. hominē assumere in vtero virginis, cum  
natura diuina superi⁹ dicta sit hominē assumisse;  
videtur debere dici nata. De hoc Aug. in lib. de fide *Ibidē paulo*  
ad Petrum sic ait. *Natura æterna atq; diuina non inferius.*  
posset temporaliter concipi & nasci ex natura hu-  
mana: nisi secundum susceptionē veritatis huma-  
næ veram temporaliter conceptionē & nativita-  
tē ineffabilis in se diuinitas accepisset. Sic est Deus  
æternus veraciter secundum tempus & concept⁹  
& nat⁹ ex virgine. Ista auctoritate videtur insinua-  
ri quod natura diuina sit nata & concepta de vir-  
gine. Sed si diligenter notentur verba, potius de p-  
sona agi intelligitur: quæ sine dubitatione & de  
patre & de matre nata esse dici debet.

*Degemina Christi nativitate. quabis natus est.* B

Quæri autem solet, Vtrum debeat dici Christus  
bis genitus ut dicitur Dei & hominis filius? Ad q;  
dici potest Christum bis natum esse, duasque na-  
tivitates habuisse. Vnde Aug. in lib. de fide ad Pe-  
trum, Pater Deus de sua natura genuit filium Deū  
sibi coequalē & coeternum. Idem quoq; vnigeni-  
tus De⁹ secundo natus est semel ex patre, semel ex  
matre. Natus est n. de patre Dei verbum, natus est  
de matre verbum caro factum. Vnus ergo atq; idē *Lib. 2 in  
medio*  
Dei filius nat⁹ est ante secula, & natus in seculo, & *Cap. 7.*  
vtraque nativitas vnius est filii Dei, diuina scilicet,  
& humana. De hoc etiam Ioan. Damasc ait. Duas  
ergo Christi nativitates veneramur: vna ex patre  
ante secula, quæ est super causam & rationē & tē-  
pus & naturā: & vnam, q; in ultimis temporibus, p-  
pter nos & secūdum nos & super nos. Propter nos  
q; propter nostram salutem: secundum nos, quia  
natus est homo ex muliere, & tēpore cōceptionis,  
scilicet nouem mensium: super nos, q; non ex se-  
mine, sed ex spiritu sancto & sancta virgine suprē  
lege conceptionis. Ex his manifestè appetit Chri-  
sti

Christi duas esse natiuitates, eundemq; bis natum fore.

DE ADORATIONE HUMANITATIS CHRISTI: an eadem sit Adoratio humanitati & deitati exhibenda.

DISTINCT. IX.

Vtrum caro  
Christi sit  
adoranda  
adoratione  
latrīa quid  
est proprie-  
tas diuina  
natura.

PRÆTEREA A inuestigare oportet: vtrum caro Christi & anima vna eademq; cū verbo debeat adoratione adorari, illa scilicet q; latrīa dicitur. Si enim animæ vel carni exhibetur latrīa quæ intelligitur seruitus sive cultus soli creatori debitus: cum anima Christi vel caro creatura tantū sit, creature exhibetur q; soli creatori debetur: quod facie ti in idolatriam deputatur. Ideo quibusdam videtur nō illa adoratione que latrīa est carnē Christi vel animam esse adorandā: sed illa quæ est dulia, cuius duas species vel modos esse dicunt. Est n. eiusdam modi dulia quæ creaturæ cuilibet exhiberi potest: & est quædam soli humanitati Christi exhibenda non alii creaturæ: quia Christi humanitas super omnē creaturam est reverenda & diligēda. Non tamen adeo ut cultus diuinitati debitus ei exhibetur, qui cultus in dilectione & sacrifici exhibitione atque reverentia consistit: qui latinè dicitur pietas, græcè autem θεοτέλεια, id est Dei cultus vel iurisperitia, id est, bonus cultus.

Aliorum sententia qui vnam adorationem vtrique exhibendam tradunt.

Aliis autem placet Christi humanitatem vna adoratione cum verbo esse adorandam, non propter se sed ppter illū cuius scabellum est, cui est vrita. Neque ipsa humanitas sola vel nuda, sed cū verbo cui est vrita: nec ppter se sed propter illum cui est vrita, est adoranda. Nec q; hoc facit idolatrię re⁹ iudicari pot: quia nec soli creaturæ, nec ppter ipsam: sed creatori cū humanitate & in humānitate sua seruit. De hoc Ioan. Dā, ita ait. Due sunt naturæ